

Psalmus responsorius

Ps 115, 10 & 15. 16-17. 18-19 (R̄: Ps 114, 9)

R̄. Ambulábo coram Dómino, in regióne vivórum.

¹⁰ Crédidi, étiam cum locútus sum:
«ego humiliátus sum nimis».

¹⁵ Pretiósá in conspéctu Dómini
mors sanctórum eius. R̄.

¹⁶ O Dómine, ego servus tuus,
ego servus tuus et filius ancíllæ tuæ.
Dirupísti víncula mea:

¹⁷ tibi sacrificábo hóstiam laudis
et nomen Dómini invocábo. R̄.

¹⁸ Vota mea Dómino reddam
coram omni pópulo eius,

¹⁹ in átriis domus Dómini,
in médio tui, Ierúsalem. R̄.